

tegere, & morbosam substantiã demoliri. In Therapeia vel supersticiosus fuit, vel similib. similia, nullo indicantiũ habito respectu curavit. Talibus figmētis quicunq; Paracelsi sectator improuidè philosophatus fuerit, ne nomine quidē Chymici dignũ se esse sufficiēter ostendit. Præclare Aristot. *ἐκ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφοτέρως τῆν τέχνην μετίοντες, ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἀρχῶν τῆς ἰατρικῆς*, id est, inter Medicos ij, qui magis philosophicè artem adoriũtur, ex principijs naturalib. medicinam auspicantur. Ergo Chymistam non iam eum intelligimus, qui nouam Medicinam secutus, ex natura rerũ deprompta principia, præ alijs temerè cōfictis, susq; deq; habet: nec q̄ antiquissimorum more, hoc ipso tēpore aliud, quàm remediorum formam aptius cōcinnandam requirens, ad vltimũ longè lateq; expetitũ *μεταμορφώσεως* scopũ, vniuersas suas cōmentationes dirigit. Is tantũ heic nobis quæritur, qui dũ incipit, vbi desinit Physicus, & in aptãdis remediorũ habitudinibus, quib. vita ab angorib. subleuata, pristinæ incolumitati postliminiò restituit̃, occupatus, materiam.

Lib. de sensu  
in sensibili  
cap. 1.

Quis hęc à  
nobis Chy-  
micus in-  
telligatur.